

19. ff. de off. Procons. junct. l. 1. §. 1. ff. de tut dat. ita
 & de Suspectis Cognitio, non tantum Legato
 Proconsulis, sed & alii Jurisdictionis Mandata-
 rio, l. 1. §. an autem 4. ff. de susp. tut. mandari po-
 test. Singulari ratione utilitatis pupillorum: pro-
 pter quam jure Magistratus competere videri po-
 test ita, ut non tantum quando specialiter hæc
 jurisdictio, vel in universum Jurisdictio omnis,
 sed & quando simpliciter Jurisdictio mandata
 est, hæc potestas competat l. cognitio. 4. ff. de off.
 ejus cui mand.

CVIII.

*Quo sensu accipiendum, quod in §. conse-
 quens. 3. Inst. de suspect. postulatio suspe-
 cti Tutoris, vel Curatoris, dicitur quasi
 publica accusatio?*

Summam istam, ut per particulam, *Quasi*, li-
 mitetur vox *publica*, non vox *accusatio*. Est e-
 nim verè accusatio: maximè quando crimen seu
 delictum ex proposito persequitur: unde & ipsa
 crimen, seu accusatio vocatur. princ. Inst. de susp.
 tut. l. 1. & seq. eod. exempl. l. pen. ff. de accusat. &
 simpliciter accusatio: d. l. 1. §. pen. & sic postula-
 tus, accusatus: d. l. 1. §. ult. d. t. de susp. non au-
 tem actio: quia nihil persequitur, quod commo-
 do ipsius agentis esset, ejusvè patrimonium at-
 tingeret: quò actiones civiles, etiam populares
 (etiam tum, cum pars condemnationis fisco ob-
 ventura est: l. lege Cornelia. 25. §. ult. ff. de Senatusc.
 Silan. ubi Gothofr.) diriguntur. arg. princ. ibi,
 quod